# V O T O

## DI UN AVVOCATO ROMANO

A PRO

## DI D. MADDALENA

Figliuola primogenita della illustre Famiglia Ragusea

DI BONDA,

CUI SIEGUE LA RISPOSTA

DELL' AVVOCATO NAPOLETANO

## D. GIROLAMO GIORDANO

A PRO

DI D. CATERINA, D. PAOLA, D. MARIA, E D. ELENA

Quattro figliuole secondogenite della stessa famiglia:

PER LE QUALI SI DIMOSTRA

*Che debbano esse, insieme colla suddetta loro primogenita Sorella D. Maddalena, essere ammesse, in cinque porzioni eguali, alla successione intestata dell' intero asse di detta Famiglia, vacato per la morte, ultimamente avvenuta, del comune loro Avo*

*D. GIROLAMO BONDA;*

*Senza tenersi conto delle illegittime e nulle disposizioni fatte da' premorti*

*D. GIOVANNI, D. MARINO, E D. LUCA,*

*Rispettivi loro Gran Zio, Padre, e Zio:*




IN FORZA DELLA RAGIONATA E VERDE CONSUETUDINE

DELL' INCLITA CITTA' E STATO DI RAGUSA.



NAPOLI il dì primo Dicembre MDCCLXXIII.

# VOTUM PRO VERITATE.

1. IN clarissima Civitate Ragusii extabat usque ab anno 1703 Nobilis Familia Bonda, ejusque superstites tunc erant duo tantum fratres, Hjeronymus, & Joannes, qui omnem rem hujus familiæ pro indiviso communem habebant. Horum itaque primus, Hieronymus nempe, ducta uxore, ab eaque susceptis duobus filiis, Marino, & Luca, in longinquas Regiones profectus est; nec de ejus incolumitate prius aliquid certi relatum fuit, quam quum Florentiæ degens ipse ad suos Epistolas misit; in quibus, post narratas seditiones, & pericula illius Civitatis, declarabat sibi propositum esse ad Patriam remeare. Sicuti vero hoc sibi quam maxime in votis esse demonstrabat, ita ad hoc ut, citius quam fieri posset, sui voti compos esset, præcisè postulavit, ut ipsi Navim conducerent, quam certo statuto die ad portum Anconæ adpulsam ascendere, & ad Patriam se ipsum transvehere facilius posset. Prius quam tamen hæc ab eo scriberentur, Joannes alter frater bona communia dividere cupiens, institit apud Judices Reipublicæ, ut filiis Hjeronymi darentur Curatores, quorum auctoritate ad substantiam communem dividendam jure procedere liceret. Creatis itaque Curatoribus peracta fuit divisio, declaratumque, quod si Hjeronymus absens aliquando postliminio reverteretur, hæc nulla esset, atque ut ipsis nepotibus Marino, & Lucæ puberibus factis, eam impugnare jus esset. Reque vera vix ea recte dicebatur divisio, quæ in solis fructibus bonorum stabilium processit, distributis scilicet Joanni fructibus bonorum, quæ Anconæ extabant, filiis verò Hjeronymi fructibus bonorum Ragusii.

Veruntamen divisio hujusmodi ita semper servata est, nimirum ideo, tum quia Hjeronymus, licet a suis expectatus, numquam tamen reversus est, tum etiam quia Marinus, & Lucas puberes facti eam minime impugnarunt. Anno autem 1748. mortuus est Joannes, qui in suis bonis hæredes sibi scripsit prædictos Marinum, & Lucam Nepotes. Paulo post i. e. anno 1754. Marinus quoque fato functus est, relictis post se quinque filiabus fæminis, scilicet Magdalena, Catharina, Paula, Maria, & Helena; quumque leges Ragusii nunquam vetuerint Patribus filias a propria hæreditate excludere, ad quas earumdem legum judicio, & providentia, decimam partem omnium bonorum pro portione legitima tantummodo pervenire sat est, hinc Marinus, scripto hærede Luca, proprias filias ab hæreditate exclusit. Virtute igitur hujus institutionis, num in dicto Luca coaluerint omnia bona domus de Bonda ab eo tunc pendebat, utrum Hjeronymus absens superstes etiamnum esset, an fato functus. Illud solum certissimum est, quod idem Lucas, antequam moreretur, non secus ac si esset Dominus totius substantiæ domus de Bonda testamentum fecit, in quo licet hæredes scripserit præfatas quinque suas neptes,

tes, instituit tamen primogenituram ex omnibus bonis, quæ Anconæ extabant, & ex pluribus, quæ Ragusii erant, quæque totam ferè substantiam absorbent; & ad hanc primogenituram vocavit Magdalenam, ejusque primogenitum masculum, & ejus lineam masculinam, qua finita substituit lineas masculinas aliarum neptum, servato ordine antianitatis, & primogeniture.

2. Ex hac Lucæ dispositione tota propemodum substantia adquisita est Magdalenæ, quæ ideo tanto ditior cæteris sororibus facta statim post mortem Lucæ cum D. Orsato Giorgi nupta est, quamvis non statim frui, & bonorum primogenituræ possessionem nancisci potuerit, quia Lucas usumfructum omnium bonorum Fratriæ reliquerat. Separatio itaque bonorum primogenituræ a cæteris bonis prorogata fuit usque ad diem obitus usufructuariæ, quo demum sequuto dictus D. Orsatus nomine Magdalenæ uxoris etiam realem possessionem adeptus est. Porro in hac adipiscenda possessione pacifice admodum acta res est: Nam possessionem bonorum, quæ sub dominio Ragusii sunt, D. Orsatus prosequutus est per modum facti, tanquam administrator; eorum verò, quæ sunt sub dominio Anconæ, quamvis dictus D. Orsatus juridicè possessionem postulaverit, tamen ad id nominatim non interpellavit puberes sorores, sed tantum curavit, ut indistinctè tam illis, quæ adhuc pupillæ erant, quam puberibus Curatores darentur, contra quos juridice possessionem obtinuit. Verum ad perfectiorem ætatem modo perductæ omnes dictæ sorores contra Magdalenam insurgunt, instituentes quadrifariam dispertitam juris disputationem. Primò nempe dubitant -- An Primogenitura Lucæ subsistat in semisse, quod Hjeronymo pertinebat -- secundo, quatenus hæc non subsistat, an valeat prima divisio -- Tertio, an lis peragenda sit in Tribunalibus Anconæ, an vero Ragusii -- Quarto demum, quatenus causa super bonis, quæ Anconæ extant, inibi pertractari debeat, an hæc in simplici possessorio agenda sit; an in ordinario petitorio -- Hæ, aut parum dissimiles sunt juris quæstiones, quæ ex facto elicitæ nobis proponuntur; ut edito responso, nescientes qua ex parte rogati, veritatem ingenue perquiramus. Quum tamen potissima rei controversia versari posse videatur super validitate dispositionis Lucæ, quoad semissem Hjeronymi, quæ quidem cæteras quæstiones veluti absorbet, sedulò idcirco de hac inquirentes, vix parum in aliis elaborandum esse ducimus, quum in iis tempus terere sit propemodum inutile.

3. Dubitant itaque sorores Magdalenæ, quin primogenitura subsistat in bonis indistinctè desumptis ex toto asse, & præcipuè in his, quæ pertinere poterant ad semissem Hjeronymi, ea ratione, quia Lucas, qui primogenituram instituit, non erat Dominus totius assis. Quamvis enim inficias minime eundum, quod in dicto Luca coaluerit, virtute institutionis Marini ejus Fratris, integer semis Joannis, ex cujus parte solum detrahenda est portio legitima ipsis sororibus de jure debita, tamen alterius semissis Hjeronymi nulla successio ei adhuc delata erat. Hjeronymus enim adhuc vivebat, nec ideo de ejus hæreditate quidquam Lucas acceperat, ita ut de ea disponere valeret, quia viventis nulla est hæreditas, ac non entis nullæ affectiones sunt per *Text. in leg. 1. ff. de her. vel. action. ven. Voet. comment. ad pandect. lib. 10. tit. 2. n. 18*,

4. Vivere autem Hjeronymum credendum erat, tum præsumptione juris, tum ex consuetudine Civitatis Ragusii, pro effectu saltem, ut minime tunc temporis ejus successio deferretur. Præsumptione juris credendum erat Hjeronymum vivere, quia quando Lucas primogenituram instituit, idem Hjeronymus non dum pertigerat ad centesimum annum suæ vitæ, ad quam usque ætatem vi-

tam

tam hominis productum iri præsumitur *per text. in leg. final §. nobis Cod. de Sacrosant. Eccles. argum. leg. An usufructus ff. de usufruct. & quemadm. quis utat. cap. in præsentia de sponsal., & hoc idem gloss. in leg. 2. §. sed & si dubitetur ( ubi etiam Bart. ) ff. quemadm. testam. aper. Angel. in leg. si emancipati col. 2. cod. de collat. Imol. & Roman. in leg. sed & si de sua ff. de hæred. Dec. consil. 204. n. 4. consil. 575. n. 10. Corn. consil. 251. vol. 1. & consil. 240. vol. 3. Alex. cons. 1. col. 12. vol. 1. & cons. 27. col. final. vol. 7. Gozadin. cons. 68. Bertant. consil. 175. col. 2. vol. 1. Alciat. de præsumpt. in prima reg. in 44. præsumpt. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de præsumpt. conclus. 16. n. 1. & seqq.*

5. Vivere itidem Hjeronymum præsumebatur ex consuetudine Civitatis Ragusii; idque pro effectu, ut non dum ejus hæreditas proximioribus delata diceretur. Præterquam enim, quod in iis, quæ spectant ad honores absentis in eadem Civitate de constanti consuetudine circa præsumptam ejus ætatem appareat, quia nimirum si nobilis vir, cujus nomen descriptum sit in libro magni consilii, peregrè agat, & de eo nihil certi sit, vivat ne, an mortuus sit, pro superstite eousque habeatur, donec ejus vita pervenerit ad ætatem centum annorum; hæc eadem consuetudo præterea locum obtinet in successionibus, ut nimirum non prius, quam si constiterit, absentis ætatem esse centum annorum, ejus hæreditas illis adjudicetur, quantoscumque eo tempore inveniri contigerit, qui ad ejus successionem ab intestato jure vocarentur. Consuetudinem hanc diu inibi servatam esse, & continuo tenaciter servari probatur. Nam inveterato usu stabilitum est, ut auctoritate publica creentur Curatores, qui absentium patrimonia administrent, & fructus in publico Ærario deponant usque ad illam absentis ætatem, qua demum elapsa ab injuncto Curæ munere ipsi desistunt. In facto insuper adducitur exemplum hujus servatæ consuetudinis, quam etiam invenio approbatam *in respons. jurisconsult. Holl. part. 1. consil. 272. relat. per Voet. Comment. ad Pandect. lib. 10. tit. 2. n. 18. vers. sed auctoritate publica.*

6. Vixisse itaque Hieronymum, quando primogenitura a Luca instituta fuit, quinimo etiamnum vivere, quia non dum ejus ætas, pervenit ad centesimum annum, optima ratione credendum est. Quod si eum defunctum fuisse Lucas credidit, atque ita de ejus bonis tanquam propriis pro lubitu disponere arbitratus est, id utique, cum esset fundamentum suæ intentionis, ab eo probandum erat, sicuti modo probandum est a Magdalena, quæ ab eodem Luca causam habet; qui enim se fundat in morte, eam probare tenetur *per text. in leg. 2. §. si dubitetur ff. quemadm. testam. aper. leg. si quidem C. solut. matrim. Bart. in d. leg. siquidem. Cornei consil. 119. nu. 2. vol. 1. ibi : qui se fundat in vita tenetur probare vitam, qui autem se fundat in morte tenetur probare mortem. Bart. ubi itaque ageretur de succedendo Feliciano haberet probari mors Feliciani, quia non succeditur viventi: Tort. ad statut. Papiæ rubric. 30. in civil. n. 19. Farinac. in fragment. verb. mors. num. 308. & seqq. Peregrin de fideicom. art. 43. n. 37. & 40. Fontanel: de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 9. part. 5. n. 136. Ros. cor. Dunozet. Jun. decis. 731. n. 17.*

7. Ut autem mors Hjeronymi rectè probetur pro effectu, de quo agitur, nimirum ad hoc, ut bona omnia ipsius Hieronymi delata dicantur Lucæ, duo requiruntur. Primum, quod probetur mors Hjeronymi ante mortem Marini. Secundum, quod hæc probatio fiat conjecturis, & præsumptionibus undequaque urgentibus, ratione præjudicii. Probandum est mortem Hjeronymi contigisse ante mortem Marini, nimirum ideo, quia si prius, quam paternam hæ-

hæreditatem sibi quæreret, rebus humanis eximebatur Marinus, lex sanè succedendi Hjeronymo ab intestato adeo mutabatur, ut quum ex prædecessu ejusdem Hjeronymi ejus hæreditas ad Marinum devolvebatur, hæc, si prius in fata concessisset Marinus, quam Hjeronymus, ad easdem sorores in stirpes ex una, & ad Lucam ex altera parte deferebatur. Quare licet moriendo Marinus hæredem sibi fecerit Lucam, exclusis propriis filiabus, tamen si virtute hujus institutionis prætenditur, relictam quoque ab eo fuisse portionem hæreditatis, quæ ad eum pervenire poterat ex successione patris, probandum utique est præcisum tempus mortis patris, eam nempe accidisse ante mortem Marini. Sicut enim ab hoc tempore spes successionis cum effectu commutatur, ita hoc idem tempus tanquam de substantia actus subsequutæ successionis præcisè probandum est, quemadmodum ex doctrina *Bart. in leg. matrem Cod. de probat. docent Roland. consil.* 41. *num.* 43. *lib.* 1. *Mans. consult.* 342. *n.* 16.

8. Et hinc patet, quale præjudicium ex tempore mortis Hjeronymi eveniret, si hoc in causa esset, cur uni potius, quam alii ejus hæreditas perveniret. Quamobrem recta ratione pluribus DD. visum est, requiri urgentissimas præsumptiones ad probandam mortem absentis, ad hoc ut ejus bona pleno jure successionis proximioribus deferantur, secus enim ac in simplici causa pecuniaria, in qua ratione modici præjudicii leviores etiam præsumptiones sufficerent, dicendum esse communiter docent, ubi res sit de causa successionis pleno jure uni potius, quam alii adjudicandæ, in hac etiam ratione præjudicii mors nec per famam probaretur, nisi etiam concurrerent adminicula; ita declarat *Bart. in leg.* 2. §. *Sed si dubitetur num.* 1. *ff. quemadmod. test. aperiant.: hoc idem voluere Corn. cons.* 10. *litt. F. vol.* 1. *Capeg. in regul.* 150. *tractat. de Test. Menoch. de adipiscend. possess. remed.* 4. *num.* 972. *Cassa. consuetud. Burgundiæ in proæmio fol.* 10. *col.* 2. *nu.* 9. *Lanfranc. in cap. quoniam contra, rubric. de testib. n.* 185. *de probat. Mascard. de probation. conclus.* 1075. *n.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 43. *nu.* 40. *ibi: idem quoque est in causis magnis civilibus, ut quia agatur de aliqua hæreditate, & de morte alicujus in tempore, & in loco non remoto, & dubitetur an pater, vel filius non eodem casu mortui prædecesserit, nam qui patrem prius defunctum allegat, plenè de ejus anteriori morte docere debet &c. hoc enim casu, quia præjudicium per sententiam ferendam irreparabile est, plena requiritur probatio de præambula morte: optimè Boer. decis.* 288. *fere per tot. Franc. Marcb. in decis. delph.* 183. *n.* 2. *part.* 2. *Farinac. fragmentor. part.* 2. *verb. mors num.* 317. *Rot. recent. part.* 2. *decis.* 496. *n.* 2. *ibi: Quæsitum fuit, an constet de morte Herculis ante annum* 1599. *& constare fuit resolutum, nam etsi Sybilla sustineat partes actionis, & se fundet in morte Herculis ad effectum prælationis in succedendo Alexandro Brisealio ex persona Peregrinæ, quæ vocata fuit per obitum Herculis, & hujusmodi probatio debeat esse concludens, tanquam inferens grave præjudicium &c. tamen probatio, quæ per Sybillam &c.*

9. Nec ignorandum est, plures etiam Doctores adesse; qui huic sententiæ adversantur, authumantes neque in successionibus requiri præsumptiones, & conjecturas, pro justificanda absentis morte, sed ex simplici fama, nullo concurrente adminiculo, id probari posse. In hanc sententiam abiit *Rot. recent. decis.* 556. *num.* 34. *part.* 19. *sequens theor. Bartoli in tract. qualiter mors probetur: idem sentit gloss. in leg. siquidem Cod. solut. matrim. Alex. consil.* 25. *lib.* 4. *Decius consil.* 652. *num.* 3. *Magon. decis. Lucens.* 44. *nu.* 7. *&* 8. *Valent. de ult. volunt. tom.* 2. *part.* 1. *Rot.* 30. *num.* 92. His tamen auctorita-

ta-

tatibus facili negotio occurritur. Nam *Rot. in dicta decis.* 556. procedit *in successione bonorum, quæ sunt modici, ac reparabilis præjudicii*, in quibus terminis procedit etiam Theorica Bartoli, *qui in tractat. de Testibus in versic. mortuum hominem num.* 37. & 38. distinguit inter causam modici præjudicii, & eam, quæ sit magni præjudicii, ut optime ibi: *Mors est privatio vitæ; si privatio, ergo negativa; cujus difficilis probatio; sed animadverte de morte, quid in causis parvis, quid in magnis, in majoribus, & maximis; in parvis quidem, ubi præjudicium modicum versatur, ut si de aperiendo Testamento tractatur, & simili, non solum per visum, sed per levem præsumptionem probatur mors. In causis vero magnis, ubi magnum præjudicium vertitur, ut si de hæreditate contenditur, vel alio commodo pecuniario etiam magno, per famam mortem probari juris Interpretes tradiderunt, quod intelligendum opinor non de fama, quæ ab hominibus vilibus, & causis levibus sumpsisset originem; illam enim levem præsumptionem reputo, quam in præcedenti articulo sufficere receptum est, sed intelligo de fama, quæ ab hominibus gravibus, & causis rationabilibus originem trahat.*

10. Ulterius sententiam Bartoli, & Glossæ *in d. leg. siquidem* optime distinguendo explicat *Peregrin. de fideicom. art.* 43. *n.* 42. *ibi: In causis vero pecuniariis, & in quibus agitur de præjudicio reparabili, quoniam reversus bona sua recuperat, siquidem agatur de morte alicujus in partibus, & de recenti plena requiritur probatio, quia de facili haberi potest, sed si de tempore, & de loco longinquo, Bartolus dictis in locis concludit de morte probari his modis. Primo per famam in loco, ubi res agitur, vel & melius in loco, ubi mortuus dicitur, nam hæc sufficeret ad obtinendam successionem, ad glossam in leg. siquidem; quæ sane intelligenda est, tum de loco longinquo agitur, & præterea accedit aliqua alia circumstantia, veluti absentia per aliquot annos &c. vel quod per loca insidiosa itineraverit &c. alias nuda fama de morte alicujus non videtur sufficere:* Explicat præterea idem Peregrin. quibus in terminis procedere debeat sententia. Decii in dicta consultatione 642. *ut in eod. art.* 43. *n.* 42. ibi: *ideoque Decii consultatio* 652. *col.* 2. *quatenus voluit famam sufficere, secundum supradicta erit accipienda, scilicet ubi de loco longinquo petitur, & aliud adminiculum concurrit, ex quo fama justificari possit; alias si fama a probabilibus causis non duceretur, uti vana vox populi non foret exaudienda:* Male vero allegaretur auctoritas Alexand. *in cons.* 24. *lib.* 4. qui licet in n. 4. ejusdem consilii dicat, quod quando agitur de commodo hæreditatis, seu pecuniario, sufficiat fama ad probandam mortem, tamen ex sententia Cyn. Raph., & aliorum *in leg. siquidem Cod. solut. matrim.* declarat, hoc esse verum, quando ageretur ad probandam mortem illius, qui diceretur mortuus a tempore, vel in loco valde longinquo, adeo ut esset impossibile habere probationes per testes, ut prosequitur eod. num. 4., & n. 5. tandem concludit: *ergo non sufficeret probatio per famam;* & idem dicit sub n. 8.

11. Auctoritates vero Magon., & Valentis procedunt vel in terminis deferendæ hæreditatis ex testamento illius, de cujus vita dubitatur, uti sunt termini decis. Magon. n. 7. & 8. ibi: *Concludunt DD., quod ad obtinendam aperturam tabularum, & immissionem in possessionem hæreditatis alicujus sufficiat probare per famam de morte illius, cum possessoria judicia parvi præjudicii, & reparabilia communiter esse dicantur* ut explicat etiam Boer. *decis.* 388. *sub n.* 1. ibi: *Si vero agatur de modico præjudicio, ut de apertura Tabularum, quæ aperiendæ non sunt, nisi mortuo Testatore, & tunc ad ejus mortem pro-*

 ban-

*bandam sufficit semiplena probatio:* vel demum procedunt in terminis fideicommissariæ hæreditatis, qui sunt termini *Valent d.vol.* 30. *per tot.* Horum itaque DD. & S. Rotæ auctoritates nihil relevant in casu nostro: probatio enim mortis Hieronymi non a tempore, aut loco longinquo petenda est, nimirum non a tempore longo, quia probanda est mors Hieronymi ante mortem Marini, qui post annum 1748. defunctus est; nec itidem a loco valdo remoto, quia Florentiæ degebat, quum de ejus morte dubitari cæpit. Præterea ex constitutione primogenituræ præjudicium eorum, qui ab intestato succederent, est omnino irreparabile, nec agitur de hæreditate ex testamento, aut per fideicommissum deferenda illis tantumodo personis, quæ in testamento, aut per fideicommissum fuerunt vocatæ, sed de jure successionis ab intestato uni potius, quam alii delatæ, aut deferendæ. Quamobrem in casu nostro procedere omnino debent auctoritates pro pleniore ex urgentibus præsumptionibus mortis probatione, quemadmodum idem Valent. *dicto vol.* 30. *n.* 91. *& respondit Rot. cor. Mazancd. decis.* 682. *n.* 2. *&* 3. ibi: *Omnes de fama publica testantur, per quam mors alicujus non probatur, nisi alia adminicula concurrant, maximè in causis gravibus, ut quia agatur de aliqua hæreditate, velut in casu nostro*: idque eo magis, quia, stante consuetudine, vita Hieronymi præsumitur *præsumptione juris*, per ea, quæ docet Franc. Curt. *cons.* 52. *col.* 3. *Gabriel. com. conclus. de præsumpt. conclus.* 16. *n.* 9. ibi: *Tertio declara, ut ubi juris præsumptione quis præsumitur vivere, tunc clarior probatio in contrarium requiratur.*

12. His porro, aut similibus argumentis non quidem ex facto, quæ nos latent, sed ex rationis dispositione depromptis propriam causam tueri possunt sorores Madgalenæ; quibus tamen non obstantibus respondendum puto, primogenituram a Luca erectam in bonis indistinctè selectis ex toto asse domus de Bonda subsistere omninò posse, ac debere -- Lucas enim erat dominus omnium bonorum, ac proinde summo jure valuit de rebus suis ità disponere. Ambigendum autem non est, quin ipse fuerit Dominus totius substantiæ Domus de Bonda, detracto eo, quod ipsis Sororibus jure legitimæ paternæ debebatur; præterquam enim quod ex ultima voluntate Marini ejus fratris in eo coaluerat integer semis Joannis patrui, delata illi erat præterea successio in altero semisse Hjeronymi patris; in parte nimirum, quia in hac tanquam paterna hæreditate Marino obventa successio illi delata est, virtute dictæ illius ultimæ voluntatis, ac per consequens etiam in altera portione, quam ipse ex successione patris jure sibi vindicaverat per tex. in novell. 118. cap. 1. Gratian. discept. 78. n. 1.

13. Dubium autem non est, quod paterna hæreditas quæsita fuerit tam Marino, quam Lucæ. Tametsi enim non agatur hìc de hæreditate Hjeronymi, tanquam illius, qui rebus humanis certissima probatione exemptus dici debeat, tamen deficiente plena mortis Hjeronymi probatione, reiici non debent conjecturæ validissimæ, & præsumptiones, quæ mortem ejus propemodum evincunt, quæque ex doctrina *Cagnol. in leg. si emancipati num.* 92. *in fine Cod. de collat.* solum Judicis prudentis arbitrio committendæ sunt, etiam pro effectu, ut cum ex his verisimilius mors, quam vita absentis probata fuerit, ejus hæreditas proximioribus adjudicetur, ut magistraliter docuit *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 49. *num.* 18. *per totum*, *Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 97. *num.* 24. *lib.* 1. *Rot. decis.* 556. *n.* 17. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

14. Ne-

14. Neque obstat, quod his præsumptionibus Judicis arbitrio committendis locus utique esset, quoties nec a jure, nec a consuetudine aliquid in hoc determinatum esset; secus verò, si a consuetudine saltem determinatum sit, quo tempore debeat hæreditas absentis proximioribus deferri, ubi enim talis vigeat consuetudo, non admittuntur conjecturæ, & præsumptiones, sed oportet mortem absentis plena probatione convincere. Voet. *Comment. ad pandect. lib.* 10. *tit.* 2. *sub* §. 20. -- ibi -- *Sane si de constanti circa talia tempora consuetudine non appareat, rectius id totum Judicis prudentis arbitrio committendum erit, ut consideratis probè circumstantiis ætatis, qualitatis, periculi, similiumque, æstimet, an jam mortui loco absens habendus videatur* -- Omisso enim hic perquirere de viribus hujus consuetudinis, quando contra hanc urgeant validissimæ præsumptiones, de quibus suo loco inferius sermo erit (ultraquamquod in his terminis non procedit auctoritas Voet.) liceat præterea dicere pro nunc, quod hujusmodi consuetudo consistit IN FICTIONE, quia nimirum fingit, absentem aliquem diutius vivere, aut vixisse, etiamsi revera ille mortuus esset. Si ergo IN FICTIONE consistit, quid quæso prohibebit, quominus contra hujusmodi FICTIONEM admittantur conjecturæ, & præsumptiones mortem comprobantes, quæ non minus vera esse potest, quam ficta illa vita ex consuetudine præsumpta? neque enim verius est, *homo vixit*, quam *homo mortuus est*. Quamobrem licet ipsa PRÆSUMPTIONE JURIS quilibet vivere præsumatur (*Angel. in leg. si emancipati col.* 2. *cod. de colla. Imola*, & *Rom. in leg. sed si de sua ff. de adquir. hæred.*) tamen minima etiam concurrente in contrarium conjectura præsumptio hæc statim evanescit. *Angel. in leg. sed & si de sua in fin. ff. de adquir. hæred. Jason. in leg. ultim. in fin. C. de sacrosan. Eccles. Felin. in cap. quoniam frequenter* §. *porro. volum. ultim. ut lite non cont. Gabriel. commun. conclus. de præsumpt. conclus.* 16. *n.* 10. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 49. *sub num.* 19. §. *Ceterum.*

15. At enim vero non minimæ, quin imò urgentissimæ sunt conjecturæ, & præsumptiones, quibus veluti compellimur dicere Hjeronymum obiisse, antequam vita functus esset Marinus, sicque ejus intestatam successionem eidem Marino, & Lucæ delatam fuisse, antequam ipsi in fata concessissent. Ex facto siquidem constat Hjeronymum adhuc vivere, quum a Civitate Florentiæ certissimam suæ vitæ notitiam dedit per epistolam, in qua scripserat, se omninò velle patriam repetere; deducta itaque ex hujusmodi notitia ejus vitæ scientia, non leve postmodum in omnium animos dubium irrepsit ejus sequutæ mortis, quùm non obstante ejus clarissima voluntate redeundi, nunquam tamen reversus est, nec quidquam imposterum de ejus vita relatum est. Cumque ab illa die, qua dubitari cœpit de ejus vita, jam elapsi essent *quinque*, & ultra anni, quando Marinus mortuus est *anno* 1754., ut in facto credimus probatum iri, hinc validissima insurgit præsumptio, quod Hjeronymus Marino præobierit, quùm certissimum sit, aliquem mortuum præsumi, si abfuerit per quinquennium a die, quo de ejus vita cœpit dubitari *per tex. in leg. uxor. Cod. de repud. Alex. consil.* 4. *n.* 7. *vers. fortius dicit. lib.* 2. *Bald. cons.* 90. *lib.* 2. *Afflict. in const. Regni lib.* 3. *rub.* 24. *n.* 52. *Natta conf.* 241. *per totum Carpan. ad statut. Mediolan. cap.* 97. *n.* 23. *Bart. in tract. de test. sub. n.* 18. *Peregrin. de fideicom. art.* 43. *sub n.* 44. *vers. hæc tamen. Meli observ. forens.* 140. *n.* 40. & *seqq.* -- ibi -- *Philippus ex hac vita migravit, ut presumitur, ex quo per annos quinque absens stetit, sed de ejus sospitate relatum non fuit* -- *per tex. in leg. uxor* &c. *qui*

qui-

*quidem textus licet correctus sit per auth. seq. , quoad facultatem matrimonii contrahendi, in cæteris tamen causis incorrectus manet -- Escobar de ratiocin. cap. 6. a n. 47. ad 8. Fontanel· de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 1. sub n. 33., ibi -- Constat dictas N. & N. vagari per mundum , & ultra quinquennium inter notos, & compatriotas nihil de earum morte de certo sciri, ut inde pro mortuis reputandæ sint -- Palma decis. Lucen. decis. 30. n. 11. & seqq. --* ibi -- *Concurrit præsumptio juris , quod is censeri debeat mortuus , de cujus vita post discessum spatio quinquennii non fuit habitus certus nuncius, ut in leg. &c. non obstante quod vitæ quinquennalis præsumptio abrogata fuerit, nam abrogata fuit respectu matrimoniorum , in quibus agitur de præjudicio irreparabili. Viv. decis. 243. n. 7. Rot. in recen. part. 19. tom. 2. decis. 556. n. 19. ibi -- Prima equidem urgentissima est juris præsumptio , per quam quando quis per quinquennium abest, nec de ejus sospitate ullum unquam habitum fuit indicium, tunc, & eo casu mors probata censetur ad effectum admittendi agnatos ad successionem illius, prout Justinianus in muliere ad secunda vota convolare cupiente approbavit in leg. uxor &c. quæ licet abrogata fuerit per leges posteriores quoad matrimonia, quæ sunt magni præjudicii , tanquam amplius non apta in eodem statu reponi, nequaquam tamen abrogata remansit, quoad successiones, & bonorum hæreditates.*

16. At objiciunt sorores Magdalenæ, quod quinquennalis absentia faciat præsumere mortem, quando de alio tempore non constet, in quo præsumi debeat absentem defunctum esse, ast secus quando ex consuetudine statutum sit, quo tempore ille, qui peregrè agit, pro mortuo habendus sit; quando enim de hac consuetudine apparet, inutilis est conjectura desumpta ex quinquennali absentia ad probandam præsumptam mortem absentis, qui non a tempore absentiæ, sed post peractum tempus, ex quo ejus mors præsumitur, pro mortuo habendus est. *Fabr. cod. lib. 5. tit. 40. definit. 3. n. 4. ibi -- Cæterum utcumque sit, non a tempore absentiæ, sed tantum a peracto tempore, ex quo mors præsumitur, pro mortuo habendus erit.*

Fatemur equidem hanc objectionem non tantum obesse præsumptioni ex quinquennali absentia desumptæ, quinimò totam propemodum causam comprehendere, cui propterea ut recta responsione occurratur non leves sufficiunt conjecturæ mortis Hjeronymi in summario probandæ, sed graviores, & concludentes. Quemadmodum enim alibi, ac alibi de diversa in hac re consuetudine apparet, ita ut penes aliquos obtineat sententia ut quisque absens post quinquennium mortuus præsumatur, inter alios post septennium, aliis placuisse quindecim, aut sexdecim annorum decursum notant *Choppinus ad leg. Andium lib. 3. tit. 3. §. 2. n. 4., & idem Anton. Faber. in suo Cod. dicto lib. 5. tit. 40. defin. 3. in princip. ibi -- Ex scriptis Augustanorum moribus cautum est, ut qui per quindecim annos abfuit, pro mortuo haberi debeat --* quinimò ibi refert quoque sententiam eorum, qui dicunt expectandum esse centesimum; quam tamen sententiam *ridiculam* vocat, *ut in dicta defin. sub n. 3.* Ita dicendum est, apud Raguseos consuetudinem invaluisse, ut absens usque ad centesimum annum pro vivo habeatur. Verum his non obstantibus si in facto subsistant pericula, quibus Hjeronymus obversabatur, dum Florentiæ degebat, quemadmodum probatum iri credimus, facile huic objectioni responderi potest. Etenim nos non dicimus, quod a quinquennali absentia præsumenda sit mors Hjeronymi, sed bene dicimus, quod Hjeronymus pro mortuo habendus est post quinquennium a die, quo propter pericula de ejus morte dubitari cœpit. Aliud itaque est dicere, quod mors non est præsu-

men-

menda a tempore absentiæ, aliud longe diversum est dicere, quod eadem præsumenda non sit post peractum tempus, in quo ratione periculi absens pro mortuo habendus est: sicuti enim in primo casu ille non recte reputaretur mortuus qui pro vivo habendus esset, ita in secundo non posset haberi pro vivo ille, qui propter infortunia tanquam mortuus existimandus esset. Atque ita procedere debet Textus in dicta leg. uxor Cod. de repudiis: ut nimirum ex eodem mors præsumatur post quinquennium, si de ea ratione periculi prius dubitatum sit; quemadmodum ita intelligendum esse dictum Text. tradiderunt *Gloss. in authent. hodie Cod. de repud. in verb. post annum. Azo. in dicta leg. Uxor n. 2. vers. si vero dubitetur & Cyn. in dicta leg. n. 7. Cod. eodem, & Rot. dicta decis. 556. n. 25. part. 19. tom. 2. ibi -- Suppletur qualitas in dicta leg. Uxor &c. considerata, nempe, quod absens sit Juvenis bellicosus &c. vel pergens per loca periculosa &c.*

17. Reque vera non leve dubium, sed imo rationabilis timor fuit, si Marinus, & Lucas crediderunt, Hjeronymum ex infortunio, vel scelere, vita orbatum remansisse, cujus timoris maximum indicium præbuerat ipse idem Hjeronymus: in epistolis enim, quas quidem Hjeronymus ad eos miserat, declaravit, sibi propositum esse patrios lares repetere, & ad hoc ipsis summopere commendabat, ut navim conducerent, quam certo statuto die ad portum Anconæ adpulsam ascenderet, & ita se ipsum citius ad patriam transveheret. In ipsis Epistolis præterea notificabat pericula, seditiones, & gravissima infortunia, ob quæ fervente bello in Civitate Florentiæ, ubi ipse ab aliquo tempore morabatur, quisque jugiter vita periclitabatur. Ex his itaque notitiis ab eodem Hjeronymo receptis, numne rationabilis fuit timor ejus sequutæ mortis? transiturus quippe per loca insidiosa, non obstante ejus aperta voluntate redeundi ad patriam, maximo desiderio a suis expectatus, si nunquam domesticos lares ipse repetierit, non erit levis timor, aut fatua credulitas, sed penè evidens probatio, ipsum ab illis diebus jam fato occubuisse, quemadmodum optime arguit *Bart. in tract. de testa: in. vers. mortuum hominem sub n. 38. -- ibi -- Quidenim si per loca insidiosa transivit, nec postea est repertus, & a familia expectatus per tempora non revertitur, & perquisitus non reperitur? Dico, quod fama, quæ ex causis istis progreditur, & similibus, non est levis præsumptio, sed probatio, quæ Judicem, & bonum virum adducit ad fidem -- Marant. in repetition. leg. is potest ff. de adquirenda hæred. n. 177. -- ibi -- Vigesimo secundo probatur eo ipso quod aliquis dives recessit a domo animo revertendi, & transivit per loca insidiosa, & periculosa, & expectatus per familiam per multum tempus non fuit reversus; nam ex hoc præsumitur mortuus: ita dicit Bart. Alex. consil. 25. lib. 4. sub num. 5. vers. per loca insidiosa transiturus &c. & expectatus non revertitur. Peregrin. de fideicomm. art. 43. sub n. 42 vers. vel quod per loca insidiosa itineraverit. Rot. in recent. d. decis. 556. n. 25. part. 19. tom. 2., & cor. Manzaned. decis. 682. sub n. 5. vers. vel quod per loca insidiosa itineraverit. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 46. sub n. 15. vers. & non rediit aliquanto tempore expectatus &c.*

18. Quod si præterea causas absentiæ Hjeronymi perquiramus juxta doctrinam Bart. *in dicto tract. de test. sub n. 38.* semper facilius judicabimus ipsum ideo non reversum fuisse ad Patriam, quia revera defunctus erat; quoties enim ipse in votis habebat ad Patriam remeare, vel nulla causa cogebatur ita extra Patriam agere, vel si hoc erat occasione inimicitiæ, dicere compellimur, eam jam penitus evanuisse, quia secus non sibi proposuisset ad Patriam redire, vigente adhuc causa, ob quam voluntariè a Patria sua exulabat.

bat. Quamobrem si a nulla causa retardabatur, quominus Patriam repeteret, & nihilominus nunquam reversus est, satis hinc probatum remanet ipsum vitam cum morte commutasse, uti argumentatur Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 150. n. 19. ibi -- Qui petit hæreditatem illius sibi decerni, debet probare, eum esse mortuum. Illud erit tamen observandum, quod si est vagabundus ex alia causa, quam timore sui inimici, & elapsum sit quinquennium, quo ignoretur vivere, ex eo satis illum esse mortuum probari creditur. Escobar. de ratiocin. cap. 6. sub n. 49. ibi -- Si quis sit vagabundus ex alia causa, quam timore suorum inimicorum, & elapsum sit quinquennium quo ignoretur, an vivat, nec ne, ex eo satis mortuum esse probatur. Rot. dicta decis. 556. n. 29. part. 19. tom. 2. rec.*

19. Atque ex his famam mortis Hjeronymi si in facto supponimus percrebuisse, temere non opinamur; qua quidem probata concurrentibus cæteris præsumptionibus, quas superius diximus, quæque in facto supponuntur veræ, mors Hjeronymi pro effectu ejus deferendæ successionis satis probata remanet, ut communiter *Bart. in dict. tract. de Test. n. 38. & in leg. fin. ff. de his qui not. inf. Angel. in ead. leg. fin. ff. eod. Corn. cons. 10. litt. F. vol. 1. Capeg. in reg. 150. in tract. de test. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 972. Cassan. in consuetud. Burgund. in proem. fol. 10. col. 2. n. 9. Mascard. de probat. conclus. 1075. n. 3. Peregrin. de Fideicom. art. 43. n. 42. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 46. n. 15. Boer. decis. 288. in princip. & latius in fin. Franc. Marc. decis. delph. 183. n. 2. part. 2. Rot. coram Mazaned. decis. 682. n. 5. quibus accedit in terminis Valenzuel. cons. 17. n. 53. & seq.*

20. Hæc cum ita sint, inutilia prorsus remanent argumenta, quæ pro contraria sententia adducuntur. Inutile nimirum quod quisque præsumptione juris vivere præsumendus sit usque ad centesimum annum, quia nullibi in jure hoc cautum reperitur; & eorum, qui hanc tuentur, jam explosa sententia est. *Aretin. in leg. sed & si de sua 34. sub num. 4. vers. non obstant ff. de adquir. hæred. ibi -- non obstant jura, per quæ se fundat. gloss. &c. quia licet illa jura dicant, quod longissimus finis vitæ est centum annorum leg. an usufructus &c. non tamen sequitur possibile est aliquem vivere usque ad centum annos; ergo præsumitur: maxime quia hoc est de raro contingentibus, & frequentius contingit contrarium, & argumento a communiter accidentibus licet arguore &c. & verè duratio vitæ cum per tot accidentia possit abbreviari, & abbrevietur, non habet præsumptionem violentam pro se. Decius, & alii in leg. si emancipati Cod. de Col., & ibidem Rimin. n. 116. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 49. sub n. 10. §. Cæterum. -- ibi -- Concedo itaque ex hoc Caii responso præsumi hominem non vivere plùs centum annis, attamen non hinc fit, quod præsumatur vivere centum ipsos annos. Rectius itaque dicere possumus cum Aret. quod & si possibile aliquando est hominem vivere centum annos, attamen non est verisimile, & ob id non præsumendum. Gratian. discept. 78. n. 4. Castil. controv. Juris lib. 4. cap. 13. n. 41. ibi -- Textus in leg. fin. Cod. de Sacros. Eccles. nequaquam id probat ad quod vulgo citatur communiter, videlicet juris præsumptione cujuslibet hominis vitam censeri usque ad centum annos, sive quem præsumi vivere usque ad metam centum annorum, quis tantum inquit posse hominem usque ad centum annos vivere, sive quod longissimæ vitæ terminus hominis est meta centum annorum, & quod non est præsumptio, quod quis vivat ultra illum terminum, non autem ut quis præsumatur vivere usque ad illum terminum, prout ex cor. Magon. decis. Luceus. 44. n. 12. ibi -- neque ad propositum nostrum, videtur bene expendi textus in leg. final. Cod. de Sa-*

*Sacros. Eccles. quod quis usque ad centum annos vivere præsumatur, quia hoc non colligitur ex dicto textu, sed tantum quod vita hominis longissima sit usque ad centum annos, & quod quis ulterius vivere non præsumitur, non autem quod usque ad illud tempus centenarium vivere dicatur. Rot. Cor. Zarat. decis. 686. n. 16., & seq. in rec. decis. 41. n. 20. part. 12. & decis. 556. n. 41. part. 19. tom. 2.*

21. Inutile præterea est argumentum a consuetudine depromptum; hujusmodi enim consuetudo præsumit hominem vivere usque ad centum annos, & ob hanc præsumptionem absentis bonis usque ad illam ætatem Curatorem dandum esse decernit: Sicuti autem in casu nostro ista præsumptio locum habere non potest, ita & hæc cura minime danda est: Locum non habet illa præsumptio nimirum ideo, quia in SIMPLICI PRÆSUMPTIONE JURIS fundatur: Neque enim credimus ex adverso præsumi posse, eandem esse PRÆSUMPTIONEM JURIS, ET DE JURE, ita ut pro infallibili veritate habenda sit; deridiculum enim esset IN FICTIONE constituere infallibilem veritatem, cui ad summum locus esse potest, si aliæ probationes non adessent, uti docet Voet *ad Pandect. lib. 10. tit. 2. sub* §. 19. *in fin.* -- Ibi -- *fictioni tali locus esse potest, ac deberet, si nunquam postea probationes emergant, quo tempore sic absens in fata concesserit -- Choppinus &c.* hinc est quod quamvis *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 49. n. 3. & seq.* dicat, hanc non esse nec juris, nec hominis præsumptionem, non juris nimirum, quia nullibi cautum, neque hominis, quia experientiæ repugnat, nos tamen ultro concedimus ratione hujusmodi consuetudinis in Civitate Ragusii hanc esse PRÆSUMPTIONEM JURIS: Quemadmodum itaque quælibet juris præsumptio contraria præsumptione perimitur, ita vix est ut concurrentibus urgentissimis præsumptionibus in casu nostro obtinere debeat locum consuetudo; quæ non in alio se fundans, quam in simplici præsumptione juris, quacunque contraria præsumptione perempta remanet, quemadmodum tradiderunt *Angel. in leg. sed & si de sua ff. de adquir. hæred. in fin. Alex. in leg. is potest n. 17. & 18. ff. eod. idem Alex. cousil. 16. n. 8. vol. 5. Gabriel. Sayrana ad Mathesi: sing. 51. n. 17. Menoch. dicta præsumpt. 49. sub n. 19. §. ceterum* -- Ibi -- *Ceterum & si admittamus hanc opinionem, quod scilicet præsumatur homo vivere usque ad centesimum annum, attamen facile receditur a præsumptione hac contraria aliqua conjectura -- & in terminis Statuti de vita absentis disponentis dixit Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 97. n. 5.* -- *Ibi -- Præsumptio hæc est præsumptio juris tantum, de qua alia &c. quæ potest elidi per præsumptionem contrariam.*

22. Atque hinc, sublata virtute hujus præsumptionis, inutilis etiam evadit consuetudo bonis absentis Curatorem decernendi: Ideo enim Ragusii stabilitum est a consuetudine, quod bonis absentis auctoritate publica dentur Curatores, qui curam bonorum gerant usque ad centesimum annum absentis, quia usque ad hanc ætatem is vivere præsumitur. Si ergo per præsumptionem contrariam sublata remanet vitæ præsumptio, locum habere non potest hujusmodi cura, quæ quidem perperam datur, ubi magis mortuum, quam vivum esse absentem cognoscitur. *Valent. consil. 17. n. 15. Ibi -- ad hoc ut talis cura decernatur, est necessarium de absentis vita constare saltem eo modo, quod magis vivus, quam mortuus credatur, juxta tex. &c. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 150. n. 19. Ibi -- Quarto requiritur, quod dubitatio sit de morte ipsius absentis, & quia magis vivus, quam mortuus credatur.*

23. Quod autem mors Hjeronymi ante mortem Marini acciderit in facto suppo-

ponimus probatum iri, ficuti nec ambigendum, quia validiffimæ fint præfumptiones ad probandam mortem dicti Hjeronymi *ratione præjudicii*, quia iftæ præfumptiones vel fama ex caufis prænarratis fuborta non habet vim levis præfumptionis, fed imo moralis evidentiæ; quæ Judicem ad credendum inducere debet, uti ex doctrina Bartoli in tract. de teft. eifdem fermè verbis dixit *Rot. fæpè citata decis.* 556. *n.* 27. *part.* 19. *tom.* 2., & in hac decifione ulterius refpondetur objectæ *decif. cor. Mazaned. ut in n.* 43. -- Ibi -- *hinc in contrarium non urget decifio cor. bon. mem. Mazaned. inter ejus impreffas ca.* 682.. *In cafu quippe illius decis. ficuti multæ concurrebant præfumptiones, & adminicula vitam abfentis suadentia, ita e contra præter longam abfentiam deficiebant tot conjecturæ, & præfumptiones, quæ pro morte probanda valde urgentes, & plures in cafu præfenti concurrunt. Quinimò eadem decifio præfumptionem mortis admittit, quoties adminicula adfint, ex quibus coadjuvari poffit dicta juris præfumptio, ut videre eft &c.*

24. Ex his, quæ hactenus diximus, patet refponfio ad fecundum dubium, quia nimirum fi dubitari nequeat, quod omnia bona coaluerint in dicto Luca primogenituræ inftitutore, fruftra fanè dubitatur de validitate primæ divifionis, ficuti & perperam contenditur de inftituendo nunc alio familiæ hercifcundæ judicio. Quæ vero pertinent ad tertium, & quartum dubium facili negotio expediuntur. In tertio enim objiciunt Sorores -- „ Che effendo il „ Sig. Girolamo Cittadino di Ragufa, e trattandofi di dichiarare, chi fia il „ fuo Erede, neffun altro Principe ha jus fu di ciò, che il folo fuo Principe naturale: E però quefta dichiarazione deve farfi fecondo il jus del „ fuo paefe, e non fecondo le leggi foraftiere. Dichiarato poi che fia, effere tutte le cinque Nipoti Eredi dell'Avo, ficcome l'Eredità è jus univerfale, con quefto jus effe acquiftano tutti li beni del defonto in qualunque parte del Mondo efiftenti, implicando contradizione, che nella fteffa „ perfona differenti fiano Eredi in Ragufa, ed in altre parti. Concludono „ pertanto, doverfi decidere il punto della controverfa fuccefsione unicamente dalli Tribunali di Ragufa, & a quefta decifione foggiacere tutti i „ beni ovunque efiftenti..

